





THESES 1595, 2
DE PARALYSI 8

De quibus
DEO TRINO ET VNO AVSPICE
In Illustri Academiâ IVLIA 8. die Decem-
bris disputabitur

Præfide
IACOBO HORSTIO MEDICINAE
D. ET PROFESSORE ORDINARIO, DECANO
*Facultatis Medicæ ibidem, ac Ducum Brunsvi-
censium & Luneburgensium*
Medico.

Respondentibus
Pro gradu Doctoratus assumendo
HENRICO HESSO Saxone, Brunsvicensis Reipub.
Physico Ordinario.
IEREMIA CORNARIO Hamelburgensi Franco.
M. TOBIA DORNCREYLIO Iglaiensi Moravo.
M. IOSEPHO LAVTENBACHIO Rhenano.
TOBIA COBERO Poëta Laureato.

Sorte citra omne eruditionis præiudicium sic collocatis.

HELMSTADII
Excudebat Iacobus Lucius, Anno
M. D. XCV.

12

DE PARALYSI

DEO TRINO ET VNO AVSPICE
In Illustri Academia IVLIA & die Decem-

JACOBO HORSYIO MEDICINAE
D. ET PROFESSORI ORDINARIO, DECANO
Facultatis Medicæ in Academia
caesarea & Landeshochschule
M. D. C. C. V.

HENRICO HESSO Saxonæ Brunsvicensis Regibus
Physico Ordinario.
JEREMIA CORNARIO Hamenburchensi Franco.
M. TOBIA DORNCREYLO Iglanicensi Morano.
M. JOSEPHO LAVTENBACHIO Rhenano.
TOBIA COBERO Poeta Laurico.

HELMSTADII
Excudebat Jacobus Lucius, Anno
M. D. C. C. V.

THESES DE PARALYSI IN GENE-
re, de quibus respondebit

HENRICVS HESSVS.

I.



Paralysis nomen apud Hippocratem non legi-
tur, sed eius loco apoplexia cum adiectione, vt
ἀποπληξία τινὸς τῆς σώματος. Aph. 40. lib. 7. vel τῶν
μελέων τινὸς Proreht. 2.

2. Galenus à symptomate motus voluntarij aboliti, si-
ne noxamentis *παραλύσει* lib. 2, methodi medendi cap. 2. de-
nominavit.

3. Cornelius Celsus latine vertit resolutionem, lib. 3.
cap. 27. eamq; modo pro Apoplexia, modo pro hac de qua
nos cum Galeno loquimur, promiscuè accipit.

4. Improprè hodiè vulgus & medici quidam latiori si-
gnificatione, vocant Paralyfin læsionem motus & aboli-
tam & diminutam scilicet stuporem.

5. Paralysis igitur secundum sententiam optimorum,
est morbus nerui, cuius occasione à principio ad eum vir-
tus motiua voluntariè transmitti prohibetur adeo, vt mo-
tus modo cum sensu, modo sine eo, aboleatur.

6. Eaq; variè distinguitur, ratione vel essentiæ morbi,
vel partis affectæ, vel virium.

7. Paralysis ratione essentiæ morbi, alia est vera, alia
est notha.

8. Paralysis vera à nobis cum Galeno intelligatur, quæ
vel per se cum abolitione motus, siue cum sensu, siue sine,
vel simplex habetur.

9. Paralysis notha, quæ aut per consensum alterius
morbi oritur, aut mixta est.

A 2

Para-

10. Paralyfis veræ sunt tria genera summa: vnum Paralyfis in intemperie: alterum Paralyfis in indecenti compositione: tertium Paralyfis in solutione continui.

11. Paralyfis ratione partis affectæ, alia est Vniuersalis, alia Particularis.

12. Paralyfis Vniuersalis rursus est duplex: vna dextrilateris, quando ibidem partes & faciei & aliarum partium omnium infra faciem resoluuntur, salua tamen principe facultate animali: alia finistri, cum in sinistra parte.

13. Paralyfis Vniuersalis hæc fit cum omnes nerui eiusdem lateris, in principio tum cerebro, tum spinali medulla simul afficiuntur.

14. Particularis est partium quarundam siue plurium siue pauciorum, affectarum, in neruo cum abolito motu, siue etiam vnus tantum.

15. Hæc diuiditur in Nominatas & Innominatas.

16. Nominatæ sunt, quæ propria nomina sortiuntur, 1. *παραπληγία* cum medietas totius spinalis medullæ & nerui inde orti patiuntur. 2. *ἀφονία*, cum vocales nerui 3. *ἀπνοία*, cum nerui respiratorij.

17. Innominatæ quæ proprio nomine carent sunt multò plures, & cum adiectione partis efferuntur.

18. Vndè Paralyfis alia est partium faciei, cum nerui è cerebro orti afficiuntur: alia partium sub facie, cum nerui è spinali medulla.

19. Paralyfis partium faciei, alia est oculorum, cū nerui cerebri 2 paris in musculos oculi dispersi laborant: alia palpebrarum, cum nerui cerebri 3. paris per foramen orbitæ transeunt: alia labiorum vt in cynico spalmo, cum nerui cerebri 3 paris mixti cū neruis è ceruice & in musculos laterales excurrētes: alia linguæ, cum nerui 3. & 7. paris in linguam perreptantes.

Para-

20. Paralyfis partium sub facie, alia est omnium, si scil. utrumq; latus, in manibus pedibusq; resolvitur, cum nervi omnes è spinali medulla orti, simul afficiuntur: alia est singularum partium sub facie.

21. Paralyfis partium singularum sub facie, alia est partium imi ventris: alia spinæ dorsi: alia partium extantium.

22. Paralyfis partium imi vētris alia est ani: alia sphincteris: alia vesicæ: alia pudendi.

23. Paralyfis ani cum duo postremi pares nervorum spinæ medullæ prodeunt ab osse sacro in musculos suspendentes anum resolvuntur.

24. Paralyfis Sphincteris, in qua inuitis excrementa alui excernuntur, fit cum nervi iidem alia propagine in musculum sphincterem prodeunt læsi sunt.

25. Paralyfis vesicæ cum nervi ab osse sacro orti & vesicæ inserti in vitio sunt.

26. Paralyfis pudendi cum nervi è vertebra 4. ac 5. lumborum, & ossis sacri orti pudendoq; inserti resolvuntur.

27. Paralyfis spinæ dorsi alia est colli, alia dorsi.

28. Paralyfis colli, cum nervi è spinali medulla 3. & 4. paris offenduntur.

29. Paralyfis dorsi, cum nervi è spinali medulla 3. paris tum è lumborum vertebra, tum etiam ab osse sacro prodeunt patiuntur.

30. Paralyfis partium extantium alia est manus alia est pedis.

31. Paralyfis manus alia est totius brachij, cum nervi 5. 6. & 7. pari cervicis, atq; 1. & 2. pari thoracis in brachium excurrentes resolvuntur: alia manus parvæ.

32. Paralyfis manus parvæ alia est totius cum nervi tertij paris ex implexu educti & in brachium digitosq; excurrentes afficiuntur: alia digitorum tantum.

33. Paralyfis digitorum, alia est digiti minimi & annularis tantum, cum 5. nerui pares excurrentes in eos, resoluuntur: alia pollicis & indicis cum nerui 4. in brachium irreperentes: ideoq; medius rarius hac particulari paralyfi affici solet, quod ab ambabus propaginibus vnum neruum communicatum habet.

34. Paralyfis partis alia est totius cruris, cum nerui & ex tribus inferioribus lumborum vertebris, & ex tribus ossis sacri inferioribus orti ac in pedem magnum excurrentes in vitio sunt: alia pedis parui cum propago 4. nerui in pedem ac singulos digitos pedis excurrentes læditur.

35. Etsi verò hæc vsitatioribus sunt: tamen multò plures inueniri queunt.

36. Neq; in natura subiectæ partis silentio prætereundum est, neruum vel in exortu aut principio eius, vel in medio, vel in fine lædi posse. Auicenn. lib. 3. Fen. cap. 3.

37. Virium ratione Paralyfis alia est fortis, alia mitis.

38. Fortis, cum aut omnes nerui sub facie resoluuntur, aut plures, in primisq; respiratorij cum periculo suffocationis laborant.

39. Mitis verò, in qua nerui pauciores, saluis respiratorijs, male se habent.

40. Rursus etiam Paralyfis alia est acutus morbus, teste Salio, alia Chronica.

41. Curatiua suæ cuiq; speciei vel infimæ ab essentia morbi ortæ propria ac priuata, Galeno passim particularis methodus medendi, recentioribus practica dicta debetur.

THE-

THESES DE PARALYSIS

veræ ex Intemperie sola C V R A T I V A, de
quibus respondebit

FEREMIAS CORNARIUS.

XLII.

Paralyseos igitur veræ primum genus in Intemperie
considerandum venit.

43. Neq; in summis generibus consistere (Galen. in
procemio artis Curatiuæ) sed ulterius rectè diuidendo pro-
gredi ad imam speciem oportet. Gal. ibidem.

44. Paralysis igitur hæc alia erit in Intemperie nuda,
alia in Intemperie cum materia.

45. Paralysis in Intemperie sola, alia est in Intemperie
frigida: alia in Intemperie humida: alia in Intemperie
frigida & humida.

46. Paralysis in Intemperie frigida à Galeno potissimū
assignatur lib. de diff. morb. cap. 5. lib. 1. de causis sym-
ptomatum cap. 5. lib. 4. de l. affectis cap. 4.

47. Hunc secuti Paulus Aegin. lib. 3. cap. 8. cum græ-
cis omnibus, Auicen. lib. 3. Fen. 2. cap. 2. & recentiores
complures paralysem ab intemperie frigida nuda, adse-
uerant.

48. Nam frigiditas primas tenet ad stuporem ac quò
magis intenditur ad Paralysem.

49. Paralysis enim frigida est morbus neruosarum par-
tium, in quo frigiditas nimium vltra iustum excedit &
motum abolitum reddit.

50. In hac nerui indurati & condensati vel spiritum at-
que facultatem animalem, vtut liberè ad eos permeent,
recipere nequeunt.

51. Cau-

51. Causæ Paralyfis frigidæ sunt, 1. aër ambiens, refrigerans nimis. 2. aqua frigida, si illi immergitur membrum in hyeme & mox in glaciem concrevit. 3. alimenterum nimia copia. Gal. de causis morb. capite 3. 4. quæ eduntur & bibuntur frigidiora.

52. Signa paralyfis frigidæ diagnostica sunt 1. tactus frigidior membri ad sensum 2. stuporem sensim mutari in Paralyfim 3. Crassior habitus neruorum. 4. nonnunquã etiam durior, vnde quædam rigida Paralyfis.

53. Prognostica sunt 1. frigidam Paralyfim nondum confirmatam facile curari posse. 2. eandem confirmatam diuturnam esse, ac difficilem curatu.

54. Curatiua eius sumitur in primis à morbo tanquam primario scopo medicatorio, scil. à frigida Intemperie neruosæ partis.

55. Indicationes sequuntur 1. generalis Paralyfis in Intemperie sola indicat, tantum alterandam esse per contraria 2. Specialis frigida Paralyfis indicat esse calefaciendã.

56. Subiecti natura in toto corpore senili indicat esse magis calefaciendam: in iuuenili minus.

57. Virtus animalis imbecillior indicat corroborantibus neruos vtendum quoq; esse.

58. Materia igitur auxiliorum quæ indicationibus hifce satisfaciatur, erit triplex: 1. διαληλυτή 2. χείρρονη. 3. φαρμακευτική.

59. In Diæta aër sit calidus, ad quem statim deportetur æger, vel tum calore lectulorum tum etiam admotis cactellis foueatur.

60. Cibi etiam calefacientes requiruntur, vt iusculum cereuisiæ cum aromatibus, seu cumini, anifum, feniculum & similia.

61. Potus sit cereuisiæ calefacientis, attenuantis & aper-

perientis, ac multò magis hydromel.

62. Motus frictionis cum linteis calidis mirificè prodest, mox etiam motus partis affectæ in varias partes.

63. Somnus parcior & plus vigiliæ.

64. Affectus animi sint hilares & concitatiores, ad iram etiam vsq; , sed tamen moderatè.

65. Chirurgicum auxilium valdè idoneum, sunt cucurbitulæ affecto lateri multo igne appositæ.

66. Pharmaceutica medicamenta sunt alia interna, alia externa.

67. Medicamenta interna duplicia requiruntur, & calefacientia & corroborantia.

68. Medicamenta calefacientia iterum alia simplicia, alia composita.

69. Simplicia huius generis sunt sinapi, si quis grana eius nouem quotidie comedat; castorium cuius puluerem cum calida cereuisia ebibat, aqua Lauendulæ in iusculis sumpta.

70. Composita huius generis, duo potissimū in vsu sint, vnum conditum, quod,

Rec. Conseruæ Bethonicæ

Lauendulæ ana, ʒ j.

Diacori ʒ ij.

Castorij ʒ s.

cum syrupo de stœchade q. s. & fiat conditū, de quo manè castanæ quātitate duabus horis ante prandium, vesperi auellanæ dosi sumat:

alterum, syrupi quos sæpius duorum cochlearium quantitate lambat æger

Rec. Syr. de Bethonica

de stœchade

B de

de Carduo benedicto ana ꝑ j s.

Aquæ Lauendulæ ꝑ s.

misce & fiat liquor

71. Medicamenta corroborantia hæc vsurpentur, nux muscata sæpius commansa, Oleum macis, Oleum nucis muscatæ, & rotulæ descriptionis nostræ.
72. Medicamentum externum simul calefaciens & corroborans est vinum Maluaticum cum aqua lauendulæ mixtum, & quotidie ter cum linteo madefacto calidè illitum.
73. Paralyfis in Intemperie humida sine materia ab Hippocrate in Aph. 17. lib. 3. innuitur: deinde asseueratur ab Auicen. lib. 3. Fen. 2. cap. 2. ac humiditas secundas post frigiditatem ad Paralyfim habet.
74. Ea est morbus nerui in excessu humiditatis, quæ facit vt nerui nimium laxati citò resoluantur.
75. Causæ humidæ Paralyfis sunt. 1. ciborum humidiorum copia. 2. potuum excessus, 3. omnis viuendi ratio delicatior. 4. Balnearum ex aqua dulci plurimus vsus 5. Temporum status humidus. 6. Ventus Austrinus 7. Hyems.
76. Signa eius diagnostica sunt. 1. si subito accidat Paralyfis, dicit Auicen. ibidem cap. 3. nulla est dubitatio quin Paralyfis sit humida 2. mollities.
77. Prognosticon est, Paralyfim humidam tardius curari.
78. Curatiua eius in primis à morbo exorditur, deinde etiam à natura subiecti & virtute eius.
79. Paralyfis humida indicat exiccandum esse.
80. Paralyfis humida in humidiori corpore indicat magis exiccandum esse.
81. Natura neruorum laxata indicat simul etiam adstringendum esse.

82. Vir-

82. Virtus animalis debilitata indicat simul corroborandum esse.

83. Materia auxiliorum *διατηρητική* necesse est, sit attenuans & exiccans.

84. Aër sit sicciior siue natura talis haberi possit, siue arte ex herbis siccis beneq; olentibus, vt Maiorana, Rosmarino, Lauendula, atq; pulueribus pro fumo paretur.

85. Cibi sint magis assati quam cocti, iuscula rariora ex quibus iuscula ex perdicum ossibus contusis, & oriza, sunt salubriora, sicut & obsonia citoniorum & pyrorum astringentium.

86. Potus sit cereuisia aromatizata vel lauendula vel Hyssopo vel saluia, aut cui infusus sacculus qui:

Rec. Baccarum lauri 3. ij.

Rad. Cariophil. 3. j.

Iridis

Cariophilorum

Nucis muscatæ ana 3. β.

Misce & puluerisentur cum lintheo & fiat sacculus.

87. Somnus sit parcior, vigilia multa.

88. Motus partis affectæ crebrior.

89. Balnea thermarum præsertim aluminosarum.

90. Materia auxiliorum *φαρμακευτική* interna in primis spectet vltimum Castorij & Acori, mox etiam cornu ceruini vlti: deniq; corroborantes rotulas nostras ante dictas.

91. *φαρμακευτική* externa est arena in sole exiccata, si quis in ea membrum paralyticatum detineat: deinde sudorifera fomenta: postremò vnguenta.

92. Paralysis in Intemperie frigida & humida, est quæ excessu ambarum qualitatum ante dictarum, motum voluntarium abolitè lædit.

B 2

93. Cau-

93. Causæ huius Paralysis sunt duorum generum ante dictorum ac simul in vnum effectum concurrentium.

94. Signa diagnostica sunt 1. tactus frigidior in membro affecto. 2. mollior habitus simul 3. Paralysis initium sensim factum.

95. Prognosticum: diuturnum esse morbum.

96. Curatiua à scopo medicatorio sumit hanc indicationem, esse calefaciendum & exsiccandum.

97. Deinde virtus debilitata indicat nervos esse corroborandos.

98. Materia auxiliiorum in Paralyfi frigida & humida curanda, tum *δραστικῆν*, tum *χαρμωτικῆν*, tum *φαρμακευτικῆν* ex ante dictis duabus curatiuis ita petenda est, vt ambæ coniungantur, nisi quod hîc thermæ sulphureæ magis profunt.

99. Medicamentum tamen externum efficacissimum cōtra Paralyfin hanc quod simul calefacit, exiccat, & corroborat membra resoluta, subiungere lubet.

R. Succini

Mirrhe

Masticis ana ʒ. j.

Olibani. ʒ. ij.

Cariophilorum

Cinamomi.

Nucis Muscatæ

Macis ana ʒ. s.

Ligni aloës ʒ. s.

Puluerisentur omnia subtiliter & vino sublimateo irrorentur atq; iterum exiccentur quinquies & fiat puluis, qui iniiciatur prunis vt fumus calefaciat linteum vel pellē vulpinam, qua subinde fricetur & foveatur membrum paralyticatum.

THE-

THESES DE PARALYSIS NOTHAE

in Intemperie sola sicca CVRATIVA de quibus

M. TOBIAS DORNCREYL

respondebit.

C.

Paralyfis in Intemperie alia quaedam sine materia vel calida vel sicca, vel calida & humida, vel calida & sicca vel frigida & sicca miris modis disceptatur.

101. Medicorum enim alij hanc, alij illam, pleriq; omnes hasce negant.

102. Galenus siccam ex alio morbo, nimirum nephresi lib. 6. de tuenda sanit. cap. 14. ortam adferit, & notham esse innuit.

103. Experientia testatur eam in Moravia, Austria, & Vngaria sæpè ex colica nasci, non quidem talem qualem autores græci & Arabes quæ per crisin imperfectam subito fit, & est Paralyfis in Intemperie cum materia: sed quæ sensim post multas recidivas colicas vel aliquando sine eis, semper tamen post vigilias immodicas, dolores multos, *ἀνίσταται & ἀνεφίεται* sequitur.

104. De hac igitur cum in practica nihil extet, alibi etiam rarius eius fiat mentio, curanda agemus, præsertim cū feliciter omnes ad nos in Austria cōfugiētes, excepto vno nobili qui simul Epilepticus erat, sanitati restituerimus.

105. Paralyfis notha à Galeno meritò innuitur vel quòd ante dictis veris prorsus contraria sit, vel quòd etiam non per se, sed per consensum aliorum morborum, eorumq; multorum fiat.

106. Nam plærumq; contingit, colica vel sola vel cum nephresi sæpius recrudescente, inprimisq; ea, quæ non tantum ex pituita sed simul ex bile gignitur, prius ad-

fuerit cruditas ex dyscrasia ventriculi frigidioris epatis renumq; calidiorum multa, quam appetitus prostratus, mala concoctio, vomitus, expulsio per aluum difficilis, superfluitas pituitæ & bilis peccantium sequitur, mox intemperies sicca epatis, cum tabe totius corporis, vt & secunda & tertia concoctio vitietur: deniq; corporibus diu tabescentibus ac musculosa carne absumpta brachiorum vel etiam pedum stupor aliquandiu: ac postremò sensim paralyfis vel in manu parua tantum, vel in brachijs simul, vel in manibus pedibusq; quæ satis rigida facta, multos menses imò annos durat.

107. Ex quibus intelligere licet, Paralyfin hanc nothã esse morbũ neruorũ in Intēperie sicca, pro qua nerui marcescentes non modò in sese, sed etiam vna cum musculis in se subsident, ac crassiorem duriorẽq; habitum induũt, vt spiritum & facultatem animalem recipere nequeant.

108. Hæc ita genita nunquam sola est, sed tamen alia cum tabe & dyscrasia ante dicta: alia cum his & insuper cum Epilepsia perstat.

109. Locus affectus in Paralyfi hac, sunt in primis nerui in medijs ramis exiccati, & inepti ad mouendum redditi, mox simul cerebrum & spina dorsi quodammodo affecta Intemperie quadam, vnde eorum imbecillitas.

110. Deinde ratione aliorum morborum 1. singulæ partes tabescētes. 2. epas & renes calidiores & sicciores. 3. Vētricus & intestina frigidiora.

111. Causæ huius Paralyfis internæ sunt neruosæ partes exiccatae, vnde in se subsident, incrassescunt & indurantur.

112. Sed causæ ex quibus in hanc Intemperiem incurunt & sine quibus curari nequeunt, sunt morbi ex quib. gignuntur 1. atrophia. 2. dyscrasia viscerum ante dicto-
rum

rum 3. bilis & pituitæ cacochymia, quarum illa magis excedere videtur, dum vigilias, punctiones varias cutis & flavescentem colorem totius corporis secum affert.

113. Causæ internorum morborum sunt: aër inæqualis hoc est pedes & ventriculum plus iustò refrigerans, & renes heparq; calefaciens nimis, quod fit modo in hypocauftis, modo in curru sedentibus.

114. Cibi delicati immodicè sumpti & crudi remanentes, sed imprimis lactinia, poma, alijq; fructus pleriq; crudi, caro veruecina, suilla, leporina, bouina & ceruina vetustiores, panis adustus & crassus, nimis assata, bis cocta valdè aromatisata, & nimis salita.

115. Potus repletio crebrior imprimisq; vini flavi, Ungarici, Austriaci, & Moravi, cereuisiæ etiam turbidioris, aut actu frigida nimis, vel etiam glacie refrigeratæ.

116. Somnus immodicus morbum colicæ & nephrescos præcedens, nonnunquam etiam vigiliæ modum excedentes cruditates omniaq; hæc mala accersunt.

117. Motus corporis intempestiui & otinm nimium.

118. Venus immodica & balneum aquæ dulcis vel in repleto corpore, vel in colica, vt vt herbis exiccantibus condiatur.

119. Obstructio alui ultra triduum, quæ frequenter hisce ad 6. & plures dies accedere solet.

120. Affectus animi ira, terror & tristitia.

121. Signa in hoc morbo difficili curatu & *ἀναιμνηστὰ*, *διαγνωστὰ* & *πρὸγνωστὰ* consideranda sunt.

122. Signa *ἀναιμνηστὰ* sunt 1. habitus cacochymicus ad bilé vergens 2. Hypochondriorum inflatio. 3. Vini luxuries, præsertim ante dicti. 4. Mores proclives in iram & Venerem. 5. Colicæ frequentiores, etiam nephreses 6. Vigiliæ. 7. habitus corporis flavescens.

Signa

123. Signa *δυναμικὰ* sunt, 1. Colica siue adhuc adfit, siue desit, si sæpius affligat. 2. dolor modo in hypochondrijs, modo circa vmbilicum, modo in dorso intensissimus. 3. Lassitudo manuum pedumq; post sedatos paroxysmos. 4. vigiliæ perpetuæ, vel maxima ex parte. 5. morsus cutis hinc & inde. 6. stupor quem comitatur paralyfis. 7. Paralyfis in digitis magis magisq; durefcens donec rigida fiat.

124. Prognostica sunt 1. Paralyfin esse Chronicam. 2. localia adhibita nihil quicquã prodesse nisi morbi sine quibus non prius curati fuerint. 3. Curatiuam huius etiam si quam rectissimè instituatur primo mēse aut planè non frugiferam percipi aut vix tertia septimana. 4. Fructum eius primo ex qualicunq; appetitu cibi redeunte cognosci & postea quotidie vires adsumere. 5. Curatiuam nullam ante tres menses perfici sæpe ad quinq; & septem extendi. 6. Paralyfin hanc non nisi curatiuæ solerti arte factæ cedere.

125. Curatiua huius morbi cum & ipse propter siccitatem corrigenda in difficilior sit, & vires horum ægrorum imbecillimæ ad syncopen vsq; inueniantur, diligenter instituenda venit.

126. In hac curatiua multi statim ad locum affectum respiciunt, & ad morbum neruorum, tantum localibus agunt, sed frustra, quantum quidem ego sæpius vidi.

127. Cum igitur plures morbi curandi concurrant, morbus primus sine quo non sc. dyscrasia: deinde morbus alter atrophia etiam priori curato, cum sit, sine qua non paralyfis expugnari queat: postremò paralyfis, hoc est, ipse affectus neruorum & tum cerebri tum etiam spinæ dorfi, scopus animo præluceat.

128. Curatiua igitur à morbo dyscrasia ventriculi intestinorum & hepatis, renumq; calidiorum cum materia peccante, pituita & bile inprimis, imò etiam abundantibus

bus flatibus exordiatum necesse est.

129. Ab eo sumuntur indicationes hæc 1. Intemperies indicat alterandum esse per contraria 2. Materia peccans & abundans indicat euacuandum esse.

130. Sed quia nulla vera alteratio, nisi materia sit euacuata, fieri potest, hæc præcedere: illa sequi debet.

131. Materia humorum indicat purgandum esse.

132. Materia flatuum indicat flatus discutiendos esse.

133. Intemperies contraria etiam contrarias indicationes habet.

134. Intemperies frigida ventriculi & intestinorum, indicat calefaciendum esse.

135. Intemperies calida hepatis & renum indicat refrigerandum esse.

136. Contrariæ Intemperies & indicationes iterum indicant vel diuersis temporibus, contrariam alterationem esse instituendam, vel moderatam mixtamq; ex ambabus simul, vel eam quæ magis vrget prius, alteram posterius.

137. Atrophia quæ est siccitas hepatis & omnium partium, indicat esse humectandum.

138. Atrophia quatenus simul est amissio carnis, indicat esse hanc restituendam affluente sanguine suaui.

139. Sanguis isq; suaui restaurandus indicat non posse redire, nisi & intemperies tum hepatis, tum singularum partium emendata fuerit & sanguis crassior ac biliosior ad meliorem intemperiem redierit.

140. Morbus siccus neruorum indicat etiam affluente sanguine reuiuiscere indies carne optimè humectari ab intrò.

141. Intemperies cerebri & spinæ dorsi indicant subinde aliquantulum & in fine curatiuæ inprimis curandam esse.

C

Intem-

142. Intemperies sicca neruorum nisi sponte affluente sanguine & redeunte carne sana, cum paralyfi redeat, vt sæpè fit, indicat medicamentis & externis & internis humectandum esse.
143. Natura subiecti scilicet totius corporis præsertim tabe consumpti indicat purgationes difficulter ferre, multò minus vna vice.
144. Contrariæ indicationes indicant moderatè & saltem lenitiuis purgandum esse, magnis interuallis dierum.
144. Natura hepatis indicat nimis refrigerantia ei noxia.
145. Natura neruorum cum sit mollis humidaq; substantia concreta, non nimium indicat esse humectandos, ne laxentur & iterum resoluantur.
146. Virtus & naturalis & animalis & vitalis imbecillior horum ægrorum indicat, sensim ac multo tempore interueniente medelam perficiendam esse.
147. Virtus animalis motiua imbecillior indicat, subinde aliquantulum cerebrum & neruos firmandos esse.
148. Hasce indicationes, sequitur & inuentio materiæ auxiliorum, & dexter vsus in iusta qualitate, quantitate, tempore, & modo vtendi.
149. Materia Chirurgica nulla, neq; venæ sectione, neque cucurbitulis, nisi quis flatuum & calefactionis ventriculi gratiâ malit, quas ego tamen propter calidum iecur vitæ, opus est.
150. Materia *dicat Influxum* à Galeno 6. de tuenda san. erudite præscribitur in genere, vbi vult illam esse mediam inter attenuantem & incrassantem.
151. Aër igitur sit temperatus modicè ad calidam vergens, substantia purus, qui si per se talis non existit, arte odoriferis reddatur.

Cibi

152. Cibi initio curationis magis ad tenuem victus rationem, post mensem vnum & alterum magis ad pleniorrem accedat, in primis que eligantur iuscula cereuisiæ cum modico pane, ptisanæ, aquæ coctæ cum ouis, carnis bovinæ, gallinarum: carnes vitulinæ, columbarum syluestrium, gallinarum, Caponum, merularum, auium montanarum, capræ syluestris: pisces saxatiles, luci, perca aurata magis cocti, rarius assati, initio sæpius aromatizati postea minus: cappares, de quibus docti quidam sentiunt, quod qui quotidie edant, non paralyti tententur, passulæ minores, amygdalæ & pinæ, pistaciæque recentia in fine curatiuæ pulmenta ex aqua rosacea, vino tenui & aromatibus.

153. Potus sit cereuisiæ tantum initio aromatizatae faculo aromatum vt ante, post nihil quicquam neque condita herbis, nisi initio, atque tunc non adeo exsiccantibus, vt scolopendria Lauendula, Citro, atque eius cortice.

154. Somnus in morbo cum rarius, & quidē nunquam, vt memini, meæ curationi commissam esse, huiusmodi paralyticam nobilem matronam, quæ quinq; mensibus nihil somni cœpisset, quous tempore etiam in subsidium concoctionis, vel diuturnus concedatur.

155. Motus & quies rectè adhibita, multum profunt hisce ægris. etsi initio quiescere nequeunt, nec quadrantem quidem horæ, & cum ambulare non possint, hinc inde lecto vel linteo moueri cupiunt nimis: tamen eos mouere oportet, vt à nimio motu pro posse abstineant.

156. Deinde cum ambulare discunt, vnam partem horæ ambulent, duas quiescant.

15P. Balneum aquæ dulcis eis non conuenit, quod ner-

vis tantum nocet nimis laxando, quantum carni gignenda prodesset.

158. Excretio ventris rarissima apud eos esse solet quæ non nisi quarto die iuuetur.

159. Affectus sanè ad alacritatem & tollerantiam ac omnem moderationem inuitentur.

160. *Φαρμακευτική* secundum indicationes modò dictas hoc modo dirigantur.

161. Primum Enema leuiter peccantes humores & flatus euacuans adhibeatur hoc modo.

Rec. Herb. Mercurialis. M. j.

 Origani M. j. s.

 Pulegij.

 Fol. lauriana. M. s.

 Herb. Bismalux M. ij.

 Flor. Camomeli p. j.

 Bacc. lauri ꝓ. s.

 Sem. anisi

 Cumini ana. ꝓ. j. s.

 Fol. Senæ sel. ꝓ. j. s.

Coquantur in s. q. aquæ ad tertias post colentur lb. j. & adde

Olei Camomelini

de Rutha an. ꝓ. j. s.

Salis parum & fiat Enema.

162. Deinde biduum interius & exterius alterentur Intemperies viscerum.

163. Interius per interualla adsumantur modo rotulæ duæ Diarhodon abbatis sc. mane 2. horis antè prandium, & vesperi totidem ante coenam: modo morsulæ, quæ calc faciunt ventriculum & intestina, nec suo calore ad hepar perueniunt adeò, sc. vna hora post rotulas, & quoties flatus insurgunt.

R. Marg.

R. Marg. præparat. ℥. s.
 Zinziberis ℥. iiij.
 Cinamomi ℥. j.
 Macis
 Cariophil.
 Nucis moschatae ana ℥. s.
 Sacchari clarifi. ℥. viij.
 Aqua Cinamomi ℥. s.
 Aqua rosarum ℥. ij.

Coquantur ad consumptionem aquæ & fiant
 morfulæ.

164. Exterius iisdem diebus Emplastrum ex pane. pul-
 uere & aceto duabus horis ante prandium & antè cœnam
 regioni ventriculi calidè applicetur, ac quoties refrigere-
 tur iterùm calefiat: manè verò in lecto inungatur vnguen-
 to refrigerante hepar & renes in hypochondrio dextro &
 in dorso, ac noctu sub ingressum lecti iterum.

R. Pul. absinthij
 Menthae ana. ℥. j.
 Rosarum rubearum ℥. iiij.
 Mastiches ℥. j.
 Nucis muschatae ℥. s.

Misce & fiat puluis qui pani tosto prius madefa-
 cto, calido aceto vini aspergatur & fiat Empla-
 strum.

R. Olei violarum ℥. s.
 amigdalarum amararum ℥. ij.
 liliorum alborum ℥. iiij.
 Vnguenti infrigidantis Galeni ℥. vj.

Ceræ q. s. & fiat Emplastrum

165. Si Paralysis cum nephresi simul foret, vnguento
 ante dicto addendum est Oleum Scorpionum & vnguentū
 dialthææ. C 3. liff

166. Iisdem diebus quoq; corroborantibus neruos pa-
rumper vtendum, noctu sub ingressum lecti scilicet rotulis
antè dictis.

167. Quarta die lenis purgatio fiat medietate potionis
sequentis, manè 4. horis ante prandium exhaustas.

R. Radicis Borruginis
Caryophyllatæ ana ʒ. ij.

Liquiritiæ ʒ. j. s.

Cichorij ʒ. iij.

Polypodij. ʒ. vj.

Sem anisi ʒ. j. s.

4. frig. mai. ana ʒ. s.

Peoniæ ʒ. q.

Herb. Bethonicæ

Agrimoniæ

Endiuia ana M. j.

Acetosæ M. s.

Flor. Stœchados arab. ʒ. ij.

4. flor. Cordial. ana. p. j.

fol. fenæ sel. ʒ. j. s.

Passul. minor. ʒ. ij.

Coquantur in s. q. aquæ ad tertias, post colentur

ʒ. xj. & in colatura infundantur per noctem

Rhabarbiri electi contusi ʒ. iij.

Aagarici, trochiscati in petia ligati ʒ. j.

Cinamomi

Macis ana ʒ. s.

Mane colentur R. Colaturæ huius ʒ. vij.

& adde Mannæ ʒ. ij.

Syrupi de Endiuia

Rosati solutiui

de Bethonica ana ʒ. s.

Misce fiat potio pro 2. vicibus.

Quin-

168. Quinta die 6. 7. & 8. iterum exterius & interius i-
isdem alterantibus dyscrasiam, quibus ante 2. & 4. die æ-
ger sibi medeatur, nisi quod aliquando ieiuno ventriculo
lambat tum pro alteratione maiori calidiorum viscerum,
tum pro firmando corde & hepate Syrupos qui,

R. Syrupi de Endiuiâ ana ℥. ij.

de succo acetosæ ℥. j.

Aquæ Fragorum cum vino sublimato destil-
latorum ℥. j. s.

Cinamomi ℥. j.

Misce & fiat liquor dosi. 2. cochlearum.

169. Sed & hîc cautela opus est, ne à magis refrigeran-
tibus nimis ventriculus & intestina lædantur, ac iterum
copia flatuum recrudescat, præsertim cum in hac dyscra-
sia atq; imbecilliori coctione spontè redeant, ac aliquan-
do nouas colicas minentur.

170. Atq; tunc Enemate 1. diei iterum iuuandi sunt,
quod in ijs quibus vel venter vel excrementa alui ficciora
sunt, humidius applico additis semine lini, fœnu græci ana
℥. ij. & mutatis oleis vt loco ante dictorum Oleum commu-
ne recens ℥. iij. fumatur, mox sequenti die ad alterantia
ante dicta redeo.

171. Si magis vrgent status præter hæc exhibeatur vel
similago cum Maluatico, præsertim cum simul hepar cor-
roborat, teste Donato Altimari, vel Oleum anisi & carui
mixta guttis ij. cum cereuisia calida, verùm hæc rarius fie-
ri oportet, ne calore hepatis & renum augeant.

172. Nona die circiter æger purgetur altera medietate
purgantis potus antea assumpti.

173. Decima die 11. 12. & 13. continuet alterantia ante
dicta miscendo aliquando Syrupos priores.

174. Decima quarta die, cum dyscrasia ferè correctâ sit,

& ta.

& tamen intemperies calidior atq; ficcior, hepatis renum
& aliarum omnium partium cum cacochimia quadam bi-
lis, exceptis membris Paralyticatis, in quibus intemperi-
es sola sicca consumpta carne & sanguine restat, remane-
at, vndè tabes, medicus accedat & ad refrigerandum hu-
mectandumq; magis & ad purgandam bilem tantum, neq;
tamen propter virium imbecillitatem aliter quam sensim,
ac moderatè.

175. Itaq; 14. 15. & 16. manè sumat cōditum sequens in-
ter prandium & cœnam lambat Syrupos ante dictos in in-
gressu lecti noctu modo rotulis corroborantibus cerebrū
& nervos vt antè, modo hac potione sequenti refrigeran-
te vtatur.

R. Conseruæ rosarum recentis ℥. ij.

Boraginis

Violarum ana ℥. j.

Zinziberis Condit. ℥. s.

Sp. aromatici Caryophilati ℥. j.

Electuarij resumptiui

Rosatæ nouellæ ana ℥. s.

Cum Syrupo de succo granatorum q. f. fiat conditū.

R. Aquæ Borriginis

Buglossæ

Fragariæ ana ℥. j.

Santali citrini ℥. s.

Rosarum rubearum

Cinamomi electi ana ℥. j.

Coquantur 2. ebullitionibus & stant in infusio-
ne horas 3. post colentur & adde.

Syrupi de succo granatorum dulcium

de Endiuiā

de succo acetosæ ana ℥. s.

Misce & fiat potio.

Deci-

176. Decima septima die iterum purgetur, potione purganti ante dicta, omisso agarico prorsus, aut si vires reuiuiscant hoc bolo.

R. Electuarij lenitiui ʒ. v.

Dia prunis solutiui ʒ. ij.

Spe. Diarhodon abbatis ʒ. s.

Cum Syrupo de Endiuiā q. s. misceantur & fiat bolus cum saccharo.

177. Decima octaua die, 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. & 26. mane conditum corroborans, ac contra tabem vesperi syrui ante dicti noctu rotulæ etiam descriptæ, exterius mane & noctu aliquando simul vnguentum superius, vel solum ceratum Sandalinum.

178. Si verò vsu horum intestina & ventriculus magis inflari videantur, morsulæ nostræ antedictæ aliquoties repetantur.

179. Vicesima septima die, nisi morsus cutis cessauerit, iterum purgetur vt ante 17. die.

180. Vicesima octaua & sequenti die, alterantia interius & exterius primi bidui repetantur.

181. Tricesima die ac sequentibus 6. repetenda sunt remedia ante dicta contra tabem, ac insuper diu noctuq; pro vt hypochondria ad flatum disposita ferre queunt, emulsiō amygdalarum sequens bibenda, & quouis biduo recens renouanda est.

R. Amygdalarum recentium sel. ʒ. iiij.

Melonum excort.

Pincarum recentium ana ʒ. j.

Pistaciorum. ʒ. s.

Coquantur incisa in iuscūlo auenæ ad remanentiam lb. j. post emulgeantur & colentur, & adde

Aquæ Cinamomi ʒ. ij.

D

Fra-

Fragrariæ

Borraginis ana ꝓ. ij.

Misce & fiat Lac.

182. Tricesima septima die iisdem medicamentis vt plurimum insistat, sed tamen simul ad corroborationem cerebri spinæ dorsi & imprimis neruorum accedat, integrum mensem continuando, vt si hisce superioribus vsus sit simul manè & vesperi vnguento sequenti spinam dorsi vngat, si manus paralyti tantum affectæ fuerint, vertebrae thoracis 5. 6. & 7. atq; 1. & 2. si pedes tantum 3. inferiores vertebrae lumborum & os sacrum vsq; ad finem, si simul & manus & pedes vt plerunq; accidit, spinam dorsi vniuersam vel præcipuè has,

R. Olei Camomelini

Vulpini ana ꝓ. j.

Spicæ 3. j.

Lumbricorum terrestrium

de Castoreo ana ꝓ. s.

Ceræ q. s. fiat vnguentum.

183. Tertio mense cum multò antè appetitus redierit, & tum sanguis suauior, tum etiam caro, melius dormire & in manibus pedibusq; habere incipiunt, attamen medicamenta contra tabem adhuc sunt continuanda, aut vltra 7. dies à medicamentis non feriandum, vt sanguis & calor natius aucta, sponte ad paralytica membra affluant, ac sua natura sine medicamentorum ope, ipsos nervos humectando suauiter paralytim hanc siccam, quam in fine simul frigidam ferè dicerem, tollant, quod vsui venisse multis, palam testor.

184. Si verò alicui animalis virtus adhuc imbecillior restet & medicamentis egeat, id temporis paralytis, æger 3. mense nuce moschata, & mace, quæ à tota substantia
neruos

neruos corroborant, sæpè in cibo vtatur vel quoq; ore ma-
sticet & iterum expuat: deinde aquæ lauendulæ cochlea-
ri vno vel ad summum duob. iusculis cereuisiæ calidis, quæ
edere solent, misceat.

185. Exterius quoq; præter inunctionem spinæ dorsi,
lauet manus pedesq; paralyticatos vel maluatico cum aqua
lauendulæ & Borriginis mixto aliquoties, vt corroboren-
tur, vel alio Epithemate, quod

R. Florum stœchado arabicæ ʒ. s.

Borriginis p. iij.

Macis ʒ. ij.

Ligni aloës ʒ. j.

Storacis calamitæ

Benzoi ana ʒ. iij

Coquantur in aqua Borriginis & Maluatici ana
lb. j. vsq; ad consumptionem septimæ partis &
colentur ac fiat Epithema.

186. Quarto mense iterum hisce tantum quod illis quæ
reficiendæ carni ac sanguine seruiebant, non opus sit, æger
dabit operam.

187. Neq; in sine thermas, si simul sint bituminosæ &
mitiores, vt in primis Landectianæ in Silesia, hac in re ex-
perientia comprobata sunt, rebelles Paralyfes omittere
decet, si modo ægri in ijs refrigerantibus vnguentis circa
regionem hepatis & humectantibus vt emulsione amyg-
dalarum ante dicta simul vtantur.

D 2

THE-

THESES DE NOTHAE PARALYSIS
IN INTEMPERIE ALIA QVADAM SOLA,
ET IN INTEMPERIE CVM MATERIA
CVRATIVA, de quibus respon-
debit

M. IOSEPHVS LAVTENBACH.

188. Paralysis ex calida intemperie sola neruorum ab Hippocrate lib. 5. Aph. 16. quasi digito indicatur: deinde ab Archigene, Aetio & alijs quibusdam affirmatur: sed tamen non est per se Paralysis vera, quia dū humores colliquat, fundit & propellit humidū ad neruos, vt obstruantur, obstructio primario, illa secundario Paralyfin gignit.

189. Neq; aliter calida & humida temperies, quam notha censeri debet, vel propter rationes modo dictas, vel quia propter humiditatem neruos laxat, ita vt huius ratione mixta ex vera & ex notha quoque videatur, de qua curanda partim in secunda specie vera, dictum est, partim in intemperie cum materia sanguinis, dicetur.

190. Calida & sicca Paralysis quoque in controuersiam vocatur, vt vt ab Alexandro Tralliano lib. 1. cap. 16. asseueratur, & paralysis cum febris huius generis esse videtur, sed eò res redit, vt notha non minus atque sicca sola sit ac per consensum habeatur, vnde & ex curatiua febris & ex siccae nothae antea dictae sumi potest.

191. Frigidæ & siccae paralyticos nulla apud vltimos authores fit mentio, sed si rem ipsam spectamus in notha sicca eam quodammodo inueniemus, quia initio ea sicca sola est, sed cum multos menses vel annos durauerit paralytici digiti manus ac pedes, destituta calore nativo ac sanguine, frigidam ac siccam intemperiem contrahunt, & ferè eandem curatiuam requirunt, nisi quod magis calefacienda sint, cui etiam præcipuum remedium non incommodè Gal. lib. 2. de facult. simp. medic. cap. 7. & Salius cap. 14. Balneum olei communis calidi non incommodè dixisse videtur, licet ipse eo vltimus nunquam sim.

192. Intemperies quidē cū materia, motū voluntariū aliquando cum aliquando sine sensu abolet, sicq; Paralyfin producit: sed tamen scire interest, vtrum omnes, an vero quædam, & rursus, num per se, vnde

vndè vera paralyfis, àn secundariò, cum hæ obstructions neruorum
pariunt, illæ paralyfim.

193. Galenus in methodo medendi exemplo morborum ventri-
culi innuit, omnes in partem quamuis cadere posse, sed quia vñta-
tiores paralyfes, vel ex intemperie cū affluxu sanguinis, vel ex affluxu
pituita inueniuntur, multi docti tantum duas paralyfes in Intem-
perie cū materia statuunt: vnam, cum sanguine: alteram, cum pituita.

194. Veruntamen si res ipsa spectetur, quatuor existunt, & ad
prioras duas accedunt: 1. Paralyfis intemperiei cum bile flaua, præ-
sertim si parumper cum pituita misceatur: 2. Paralyfis Intemperiei,
cum atra bile.

195. Atque si rectè hæ considerentur, non hæ paralyfes sunt, quod
obstructionem neruorum gignunt, & hæc rursus paralyfim.

196. Intemperies calida & humida cum materia sanguinis, in-
flammationem illam, quæ propriè phlegmone dicitur, efficit, in qua
sanguis affluxus ad aliquam partem neruosam, accumulatur, coacer-
uatur, obstruitur & inflammatur, imò tumorem gignit, & causa est
vt nerui angustiores reddantur atque obstruantur, quo minus ad ea
virtus motiua peruenire possit.

197. Causa igitur huius morbi interna fit, cum sanguis copia sua
redundans & ad illam partem neruosam cateruatim affluens: rursus
etiam aptitudo membri sua debilitate recipientis eum.

198. Causa externa est, 1. calidum humores colliquans & diffun-
dens ad neruosas partes 2. Copia delicatiorum ciborum 3. Vini at-
que cereuisiæ optimæ multus vsus. 4. Ocium nimium. 5. Somnus co-
piosus. 6. Ira & terror, quæ sanguinem commouent.

199. Signa diagnostica, 1. inflatio venarum. 2. totius repletio 3.
Oculorum rubedo. 4. Carnosus habitus corporis. 5. Loci affecti in-
flammatiō rubea. 6. tensio multa.

200. Signa prognostica sunt 1. facilè febrim coniungi. 2. acutum
morbum sæpè esse, eumque periculosum.

201. Methodus medendi huic morbo, orditur à causa eius, scili-
cet repletione sanguinis, quæ indicat, sanguinem mittendum esse,
per venæ sectionem.

202. Quantitas sanguinis magna indicat, multum sanguinis esse
mittendum.

203. Deinde affluxus sanguinis indicat, esse initio, dum fluat san-

guis & repellendum & auertendum, per reuulsionem ad partes remotiores

204. Sanguis affluxus & morbus post triduum indicat venæ sectionem per deriuationem.

205. Natura subiecti in ijs qui sanguinem mittere non possunt, indicat & difficiliorem fore curatiuam, & tenuiore victu esse minuendos.

206. Natura partis neruosa & paralytica, quæ refrigerationem nimiam sine noxa ferre nequit, indicat non esse vna vice multum sanguinis mittendum, neq; euacuatiuè, sed euentatiuè.

207. Virtus imbecillior, vt in paralyticis esse solet, indicat minus sanguinis mitti posse.

208. Eadem indicat sæpè sectionis vicem supplere cucurbitulas.

209. Materia igitur auxiliorum est potissimum *χειρουργική*, nimirum venæ sectio, & cucurbitulæ.

210. Deinde Epithemata ex aquis plantaginis, rosarum mixtis cum aquæ lauendulæ parum initio profunt: aliquanto post Drachylon Emplastrum.

211. Postremo si febris accesserit, ijs quæ febri medentur, opus esse.

212. Paralysis ex intemperie frigida & humida, cum pituita affluxa, eaque tenui multa è cerebro defluente in neruos ab Hollerio statuitur, sed falso, cum dolores acerrimos neruorum potius, quam paralytim inde oriri, experientia testatur.

213. Paralysis verò à pituita crassa, lenta atq; viscosa obstruente neruos adeò vt virtus ad eos permeare non possit, omnium vfitatissima est, ac quia non per se, sed propter obstructionem oritur, ibidem diligentius tradenda veniet.

214. Paralysis ex intemperie calida & sicca cum flauabile, non immerito controuertitur: sed tamen, si cum pituitæ crassæ minima parte misceatur, reuera existit.

215. Nostra enim experientia confirmauit, ægrum laborantem febri continua cum paraphrenesi 4. die incidisse in paralytim omnium partium sub facie, ex influxu bilis flauæ, cum pauca pituita in spinam dorsi, quæ cum medicamentis esset discussa, in manus digitosq; expellebatur, vt croceo colore plane tingerentur, parum intumescerent, & tunc iterum mouerentur, paralytisq; cessaret.

216. Cau-

216. Causæ internæ, sunt bilis flaua mixta cum aliqua pituita & aptitudo membri recipientis.

217. Causæ eius sunt Externæ. 1. aer calidus. 2. cibi valde aromatizati, saliti, acres, aslati, pingues, melle & vino conditi. 3. Vinum flauum & in primis sublimatum, 4. Exercitatio vehemens & multa: 5. Vigiliæ. 6. Ira.

218. Signa diagnostica sunt 1. Vrina rubea bile tincta 2. Pulsus celerior. 3. Vigilia multa 4. capitis dolor 5. Febris aliquando.

219. Signa prognostica, cito finiri vel ad salutem, vel ad mortem.

220. Methodus medendi orditur à causa morbi, scilicet bile flaua, quæ indicat, & alterandam & purgandam esse.

221. Deinde morbus indicat, & refrigerandum & aperiendum esse.

222. Natura subiecti indicat, & quantitatem & modum vtendi.

223. Virtus indicat sensim & per intervalla purgandum esse, ac simul corroborandos neruos.

224. Materia auxiliorum *διασθητική*, est ratio victus refrigerans atq; humectans, ac simul attenuans aliquantulum, propter pituitæ mixtionem.

225. *φαρμακευτικά* hæc requiruntur. 1. Potus alterans & simul somnum concilians, ne subinde plus bilis colligatur, vt potio quæ

R. Aquæ Lactucæ ℥. ij.

Endiuia ℥. j.

Syr. de Papauere ℥. j. s.

Misce & fiat Potio.

226. Deinde post vnam & alteram potionem purgetur hoc Electuario, quod R. Electuarij lenitiui ℥. 5.

Indi ℥. ij.

Cum saccharo q. s. fiat bolus.

227. Mox iterum digestiua proponantur forma Iulepi sequentis, & condito partim alterante, partim corroborante, vtatur mane.

R. Aquæ acetosæ

Lactucæ ana ℥. iij.

Endiuia ℥. ij. Syrupi de s. grana ℥. j. s.

Misce

Misce & fiat Iulep.
R. Conseruæ Violarum
 Borriginis
 Rosarum ana ꝑ. j.
 Diacori ꝑ. j. 5.
 Citri conditi ꝑ. 5.
 Spe. Diarhodon
 Diamoschi dulcis ana ꝑ. 5.
 Cum syrupo de succo granatorum dulcium
 q. s. fiat conditum.

228. Post paucos dies iterum purgetur, vt antea, vel etiam Ene-
 mate.

229. Postremò inungatur spina dorsi maxima ex parte refrige-
 rantibus oleis, minima ex parte discutientibus & corroborantibus
 neruos, interius verò sumat rotulas descriptionis nostræ.

230. Paralysis in Intemperie frigida & sicca cum melancholia à
 multis negatur, sed & ratione & autoritate & experientia confir-
 mari potest

231. Nam si hominem vel pituita vel atra bile, vel flaua, vel san-
 guine plenum ad exercitationem perducere volueris, humores hosce
 & sic quoq; atram bilem influere in neruos facies Gal. Aph. 20. lib. 7.

232. Nec minus autumnus efficit decubitus melancholiæ ad ner-
 uos & spinam dorsi, vndè Hippocrates dicit, morbis melancholicis
 per tempora hæc suspecti humorum decubitus.

233. Quis etiam non videt paralyses in scorbuto & alias huius
 generis cum scirrhis nodis sæpè inueniri.

234. Causæ internæ huius morbi sunt vel atra bilis sola, vel etiam
 sæpè cum lenta tenaciq; pituita mixta, ad quam accedit aptitudo
 membri recipientis.

235. Causæ externæ sunt 1. aer vel inæqualis vel crassus, in pri-
 misq; ex recentioribus ædificijs. 2. Cibi fumo exiccati, caro bouina,
 ceruina, leporina & pleraq; olera. 3. Potus Crassior. 4. Ocium nimi-
 um 5. Somnus post cibum. 6. Tristitia & terror.

236. Signa diagnostica sunt 1. maculæ, nigra vel liuidæ partis
 affectæ,

affectæ, vel totius. 2. nodi scyrrofi neruosarum partium. 3. habitus corporis melancholicus.

237. Signum Prognosticum est difficulter curari: aliquando prorsus non.

238. Methodus medendi orditur à causa morbi scilicet à melancholia, quæ indicat alterandam & purgandam esse.

239. Melancholia alteranda, cum sit crassus humor & sæpius mixtus cum tenaci viscosaq; pituita, indicat crassam esse attenuandam & incidendam.

240. Melancholia non modo crassa sed sæpè etiam maligna, vt in scorbuto & morbo gallico, indicat simul Alex. Pharmacis & appropriatis esse corrigendam.

241. Multitudo materiæ influentis indicat etiam auertendam venæ sectione in opposita parte: sed tamen adeò parua ne multum refrigeret.

242. Natura humoris influxi indicat, neq; leniter attenuandam atq; incidendam esse, cum materia rebellis hisce non cedat, neq; nimis forribus, ne tenues partes dissipentur, & magna pars melancholiæ indurescat, ac incurabilis euadat.

243. Natura loci affecti indicat post purgationem simul & discutendum & parumper humectandum esse.

244. Materia auxiliorum est *διωτητική* 1. aer temperatus 2. Cibi boni succi & simul aperientes, inprimis cappares, nasturtium & sinapi. 3. potus cereuisiæ aperientis & hydromel. 4. motus moderatus in fine paralyseos. 5. Somnus nocturnus paulo copiosior. 6. Affectus animi alacres.

245. *χειρουργική* tantum est venæ sectio, quæ non euacuandi, sed auertendi gratia instituitur, in opposito latere, & parua copia.

246. *φαρμακευτική* prima die leuiter purgat melancholiam hoc Electuario.

R. Electuarij lenitiui ℥. 5.

Conf. Hamech. ʒ. iij.

Cum saccharo q. s. fiat bolus.

247. Secunda & 3. die Digestium manè & vesperi vsurpatur quod.

R. Aquæ Bethonicæ.

E

Fumi

Fumi terræ.
Borraginis ana ꝑ. j.
Syr. de Bisantijs ꝑ. j.
de Fumo terræ ꝑ. s.
Misce & fiat potio.

249. Quarto die iterum purgetur medietate potionis sequentis,
quæ.

R. radicis Asparagi.
Feniculi.
Liquiritiæ ana ꝑ. ij.
Borraginis ꝑ. s.
Polypodij ꝑ. vj.
Herb. Fumi terræ Mj.
Scolopendriæ fol. numero. ij. |
Fol. Senæ. sel. ꝑ. j. s.
Flor. Borriginis M. s.
Rosarum rubearum P. j.

Coquantur lege artis in s. q. aquæ ad tertias, post
colentur ꝑ. xj. & infundantur in Colatura.

Rhabarbari ꝑ. j. s.
Hellebori nigri ꝑ. j.
Macis.

Cinamomi ana ꝑ. s.

Stent per noctem manè colentur ꝑ. viij. & adde
Syrupide succo Borriginis
de Fumo terræ

Miux Citoniorum ana ꝑ. s.

Misce & fiat potio pro duabus vicibus.

250. Quia die 6. & 7. mane vtatur condito, quod.

R. conferuæ cochleariæ ꝑ. j.

Borraginis
Rosarum

Viola-

Violarum
Fumi terræ
Corticum citri conditi
Florum arantiorum ana ꝑ. s.
Spec. Diarhodon abbatis
Dia morschu dulcis ana ꝑ. j.

Cum syrupo de succo Boraginis q. l. fiat conditum
Vesperis rursus edat duabus horis ante coenam de
eodem.

251. Nona die usque ad 17. mane & vesperi duabus horis ante ci-
bum, bibat calidè de potione sequenti ꝑ. v. & lecto se contineat, ut
vel sudet, vel sensibiliter melancholicum exhalet, ac reliquum dif-
cutiatur.

R. Numulariæ
Nasturtij aquatici
Anagal. aquaticæ.
Cochleariæ ana M. ij.
Comæ absinthij viridis
Ruthæ
Sedi minoris ana M. s.

Incidentur & per pannum linteum exprimatur
succus qui in vase lapideo seruetur; Deinde R.
herbas expressas & coquantur in sero lactis capri-
ni lb. ij. donec ouum elixetur, post colentur per
lintheum pannum & exprimantur parum. Expres-
sioni adde succum expressum. Deinde.

R. Cinam electi ꝑ. j.
Nucis mosch.

Cardamomi ana ꝑ. s.

Omnia misceantur & fiat potio.

252. Hæc sequuntur medicamenta localia 2. vnum fomentatio,
qua scyrrosi nodi fomententur calidè, postea lintheo calido exiccen-
tur, & altero scilicet vnguento inungantur

E 2

R. Her-

R. Herbæ parietariæ veræ

Bismalux

Camomillæ

Meliloti ana M. j.

Origani

Pulegij.

Hysopi

Nasturtij

Mentæ æquaticæ ana M. s.

Rosarum rubearum

Fl. Lauendulæ

Spicæ Romanæ ana, P. j.

Coquantur in aqua & vino vsq; ad medietatem,
& ex ijs fiat Fomentatio.

R. Olei de granis Iuniperi

de Rutha ana ʒ. j. s.

Vini odoriferi ʒ. ij.

Coquantur ad vini consumptionem postea colen-
tur & adde, Olei de Spica ʒ. ij

Camomelini

Lumbricorum terrestrium ana ʒ. s.

Ceræ q. s. & fiat vnguentum.

253. Ligni Guaici & sarsæ parillæ præsertim in maligna paralyse
vsus meritò commendatur.

T H E S E S D E P A R A L Y S I I N M O R B O S A
Compositione & Solutione continui, de
quibus respondebit.

T O B I A S C O B E R V S.

255. Paralyfes in morbosa compositione aliæ sunt Paralyfes ma-
læ conformationis, aliæ noxiæ magnitudinis, aliæ mali positus, aliæ
malæ connexionis.

Para-

255. Paralyſis malæ conformationis alia eſt obſtructio neruorum tanta, vt animalis motiua virtus ad eos peruenire nequeat: alia comprefſio.

256. Paralyſis noxiæ magnitudinis alia ſponte fit: alia ex caſu vel percuffione, cum neruoſa pars aduenticiam adeptã ſit magnitudinem, ac deinceps ad interiores cauernas tumorem refundens cauſa eſt, vt obſtruantur meatus. Gal. cap. 7. de diff. morb.

257. Paralyſis mali poſitus. alia eſt à gibbo, alia à luxatione vertebrarum per obliquum aut torſionem, vt nerui ad paralyſin uſq; obſtruantur.

258. Paralyſis malæ connexionis, alia eſt, ab humida intemperie, tantum, alia frigida & humida nuda, cum nerui nimium molliantur & laxentur, vt membra mouere nequeant.

259. Sed hæ paralyſes omnes aut antea declaratæ ſunt, aut ſecundario propter obſtructionem paralyſin gignunt, vt ſola paralyſis ab obſtructione, quæ à pituita craſſa & tenaci fit, explicanda reſtet:

260. Paralyſis igitur ex obſtructione hac, eſt morbus conformationis neruoſarum partium, in quo nerui à pituita replentur, obſtruntur & impediuntur, ne facultas motiua ad illa membra influat.

261. Neceſſe enim eſt tantam copiam pituitæ coaceruari, vt proſus neruos repleat, ne animalis motiua vis poſſit pertransire.

262. Non deſunt qui putant, à vaporibus craſſis obſtructionem hanc quoq; gigni, & Hippocratis in libro Spurio de flatibus, autoritate tuerentur, ſed malè.

263. Cauſa interna obſtructionis in paralyſi ante declarata eſt, ſc. frigidus atq; humidus iſq; viſcoſus humor dictus pituita.

264. Hæc verò aut ſpontè ex cruditatibus in neruis colligitur, aut aliundè in eos fluit per ſpinam dorſi, dum natura vi excretrice ſuperfluos humores in neruos expellit, modo cum, modo ſine criſi.

265. Sine Criſi craſſa ac tenax pituita, inſanis vel diuturnis ægris eò reportatur: cum criſi, licet imperfecta, in Apoplexia, Colica ea quæ ſubitò in paralyſim finitur, in ſuffocatione matricis, & in arthritide, licet in hac rarius.

266. Cauſæ externæ ſunt 1. Calidum externum colliquans pituitoſos humores 2. aer frigidus & humidus inprimiſq; ventus Auſtrinus 3. Copia ciborum qui pituitam gignunt 4. Cruditates crebriores et-

iam boni succi ciborum. 5. fructus recentes humidiores. 6. piscium frequentior vsus 7. Vinum immodicè sumptum. 8. Somnus meridianus, vel aliàs prolixior. 9. Ocium nimiū 10. Affectus animi tristiores.

267. Signa diagnostica huius paralyfis sunt 1. Subitò fieri paralyfim 2. faciem & omnes partes magis pallere. 3. membrum paralyticatum tactu frigidum sentiri. 4. Abolitus motus siue cum sensu siue sine eo.

268. Signa prognostica sunt 1. Paralyfim hanc, si materia obstruens pauca sit citius curari, si copiosior difficilior. 2. Paralyfim in pluribus membris etiam difficilior curatu esse. 3. Paralyfim ad quam accedit tabes tardius vel etiam nunquam curari. 4. Paralyfim ex Apoplexia recidiuam minari. 5. febrim superuenientem huic paralyfi mederi.

269. Methodus medendi paralyfi ab huiusmodi obstructione, orditur à morbo scil. obstructione, si materia pauca est, quæ indicat aperiendam discutiendamq; esse medicamentis penetrantibus & externis rarefacientibus.

270. Obstructio à multa & crassa pituita, indicat causam prius tollendam esse: deinde morbum.

271. Causa huius morbi pituita affluens, indicat auertendam esse vel venæ sectione in opposito latere, vel clisteribus: ac neruos simul corroborandos, vt morbus in fieri esse, hisce quoq; cedat.

272. Paralyseos causa pituita affluxa copiosius indicat præparandam esse attenuantibus incidentibus & abstergentibus.

273. Materia præparata indicat prius purgandam esse, postea discutiendam frictionibus non adeò fortibus, & calidis vnctionibus.

274. Si malum hisce non cedat indicat obstructio magis purgandum & aperiendum esse, cucurbitulas quoq; loco affecto adhibendas, si materia copiosa sit non impacta, cum scarificatione, si impacta, sine scarificatione.

275. Si neq; his cedat, indicat Dropaces & vesicatoria adhibenda esse.

276. Causa & morbus indicant huic paralyfi optime mederi lignum Guaiacum.

277. Natura subiecti scil. neruorum, indicat: balnea aquæ dulcis ferre non posse.

Natv-

278. Natura eorum quoq; indicat acetum intro sumptum semper noxium esse.
279. Natura subiecti in paralyfi linguæ indicat venam sub lingua secandam esse, si vnum latus paralyfin patiat, vnam venam oppositi & sani lateris linguæ, si vniuersa lingua, ambas venas linguæ.
280. Eadem indicat gargarismos huic paralyfi potissimum prodesse.
281. Paralyfis ani indicat fomentationem ex calefacientibus & astringentibus in ano conuenire.
282. Eadē indicat cucurbitulas in fine ossis sacri applicandas esse.
283. Paralyfis sphincteris indicat vtendum Clisteribus resiccantibus & astringentibus.
284. Eadem indicat vtendum esse & fomentationibus ani ex astringentibus & corroborantibus neruos.
285. Paralyfis vesicæ indicat inunctiones oleorum calefacientium per fistulam instituendas esse.
286. Eadem indicat regionem pectinis & sacri ossis inungendam esse.
287. Paralyfis pudendi indicat cucurbitulas super pectinem ac os sacrum applicandas esse.
288. Eadem indicat illas partes inungendas esse.
289. Paralyfis partium faciei, indicat magis masticatoria, sternutamenta & serrhina vsurpanda esse.
290. Virtus neruorum læsa indicat corroborantibus cerebrum & neruos subindē vtendum esse.
291. Materia auxiliorum, requiritur & *διαλητική* & *χειρουργική* & *Φαρμακευτική*
292. *διαλητική* postulat victus rationem attenuantem, incidentem & abstergentem, imò etiam calefacientem, nisi quod vitetur aer adeò calidus, vt colliquet humores atq; hæc superius de frigida & humida tradita est vberius.
293. *χειρουργική* ex indicationibus de vero vsu venæ sectionis & cucurbitularum fatis constat.
294. *Φαρμακευτική* diuersimodè administratur. Si obstructio pauca & in fieri esse existit, sæpe sufficiunt olei macis, guttæ 4. vel duo cochlea.

cochlearia aquæ lauendulæ, cum contusis rotulis descriptionis nostræ
interius sumptæ, exterius puluis victorij cap. de paral. cum pelle vul-
pina.

295. Si materia copiosa & adhuc affluens, antea declarata est. Si
affluxa, Enema ex herbis capitalibus atq; appropriatis nervis, cum
paucis emollientibus, & Electuario lenituo, Elefcoph. & indè fiat,
dein Digestiua ex aquis Berhonica, Saluæ h. paralyseos & Syrupo
de Stœchade parentur, deniq; purgetur iterum adhuc leniter potio-
ne aperitiua & purganti, sequenti die pilluis de hiera .s. de Agarico
postremo corroboretur nostris rotulis, diacoro &c. ac iterum forti-
us purgetur pill. cochijs & fœtidis.

266. Dropaces & vesicatoria ex synapi Euphorbio & similibus ad
rubedinem vsq; , non ad exulcerationem adhibeantur: in paralyfi
brachij cauterium in ceruice, in paralyfi pedis in vertebris spinæ pro-
pè caudam:

297. Gargarismi si principium neruorum simul afficiatur valdè
profunt, idem iudicium esto, de nasalibus, alias minus.

298. Paralyfes in solutione continui vel diuisione nerui vel incisio-
ne & per obliquum & per transfuersum incurabiles sunt: aliæ ex vul-
neribus ad Chirurgiam nunc reiiciendæ sunt.

299. Experimenta contra paralyfin à tota substantia commen-
dantur columbæ siluestres, brassica, cappares, cerebrum leporis, a-
corus, macis, Saluia, Lauendula & flores stœchades arabici.

DEO SOLI GLORIA.

ULB Halle
003 338 150


3



TA-OL

VD 77







THESES 1575, 2
DE PARALYSI 8

De quibus
DEO TRINO ET VNO AVSPICE
In Illustri Academia IVLIA 8. die Decem-
bris disputabitur

Præfide
IACOBO HORSTIO MEDICINAE
D. ET PROFESSORE ORDINARIO, DECANO
*Facultatis Medicæ ibidem, ac Ducum Brunsvi-
censium & Luneburgensium*
Medico.

Respondentibus
Pro gradu Doctoratus assumendo
HENRICO HESSO Saxone, Brunsvicensis Reipub.
Physico Ordinario.
IEREMIA CORNARIO Hamelburgensi Franco.
M. TOBIA DORNCREYLIO Iglaiensi Morauo.
M. IOSEPHO LAVTENBACHIO Rhenano.
TOBIA COBERO Poëta Laureato.

Sorte citra omne eruditionis præiudicium sic collocatis.

HELMSTADII
Excudebat Iacobus Lucius, Anno
M. D. XCV.

12

